

vegetáti: quaésumus, Dómine; ut, hoc perpétuæ salútis auxilió, fides semper vera proficiat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

our redemption, beseech Thee, O Lord: that by means of this aid to our eternal salvation, the true faith may ever advance. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

MASS PROPER: TWENTY-SECOND SUNDAY AFTER PENTECOST

MASS *Si iniquitátes* (green)

INTROIT Psalms 129: 3-4

Si iniquitátes observáveris, Dómine, Dómine, quis sustinébit? quia apud te propitiátio est, Deus Israël.
(Ps 129: 1-2) De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi vocem meam. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Si iniquitátes observáveris, Dómine, Dómine, quis sustinébit? quia apud te propitiátio est, Deus Israël.

COLLECT

Deus, refúgium nostrum et virtus: adésto piis Ecclésiæ tuæ précibus, auctor ipse pietátis, et præsta; ut, quod fidéliter pétimus, effícaciter consequámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(For the Propagation of the Faith.)

Deus, qui omnes hómines vis salvos fieri, et ad agnitiónem veritátis veníre: mitte, quaésumus, operários in messem tuam, et da eis cum omni fidúcia loqui verbum tuum; ut sermo tuus currat et clarificétur, et omnes gentes cognóscant te solum Deum verum, et quem misísti Jesum Christum, Fílium tuum, Dóminum nostrum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Philipians 1: 6-11

Fratres: Confídimus in Dómino Jesu, quia qui cæpit in vobis opus bonum, perfíciet usque in diem Christi Jesu. Sicut est mihi justum hoc sentíre pro

If Thou shalt observe iniquities, O Lord, Lord, who shall endure it? for with Thee is propitiation, O God of Israel. (Ps 129: 1-2) From the depths I have cried to Thee, O Lord: Lord, hear my voice. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. If Thou shalt observe iniquities, O Lord, Lord, who shall endure it? for with Thee is propitiation, O God of Israel.

O God, our refuge and our strength, who art the Author of all godliness, be ready to hear the devout prayers of the Church, and grant that what we ask faithfully we may obtain effectually. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with You in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

O God, Who willest that all men should be saved and should come to the knowledge of the truth: we beseech Thee, send forth laborers into Thy harvest, and grant them grace to speak Thy word with all boldness, so that Thy word may run and be glorified, and all nations may know Thee, the only God and Him Whom Thou hast sent: even Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, We are confident in the Lord Jesus, that He who hath begun a good work in you, will perfect it unto the day of Christ Jesus. As it is meet for me to

ómnibus vobis: eo quod hábeam vos in corde, et in vínculis meis, et in defénsiõne, et confirmatiõne Evangélii, sócios gáudii mei omnes vos esse. Testis enim mihi est Deus, quómodo cúpiam omnes vos in viscéribus Jesu Christi. Et hoc oro, ut caritas vestra magis ac magis abúndet in sciéntia et in omni sensu: ut probétiis potióra, ut sitis sincéri et sine offénsa in diem Christi, repléti fructu justítiæ per Jesum Christum, in glóriam et laudem Dei.

GRADUAL Psalms 132: 1-2

Ecce, quam bonum, et quam jucúndum, habitáre fratres in unum! Sicut unguéntum in cápite, quod descéndit in barbam, barbam Aaron.

LESSER ALLELUIA Psalms 113: 11

Allelúja, allelúja Qui timent Dóminum sperent in eo: adjútor et protéctor eórum est. Allelúja.

GOSPEL Matthew 22: 15-21

In illo témpore: Abeúntes pharisæi consílium iniérunt ut cáperent Jesum in sermóne. Et mittunt ei discípulos suos cum Herodiánis, dicéntes: Magíster, scimus quia verax es, et viam Dei in veritáte doces, et non est tibi cura de áliquo: non enim réspicis persónam hóminum: dic ergo nobis, quid tibi vidétur, licet censum dare Caesari, an non? Cógnota autem Jesus nequítiã eórum, ait: Quid me tentátis, hypócritæ? Osténdite mihi numísma census. At illi obtulérunt ei denárium. Et ait illis Jesus: Cujus est imágo hæc, et superscríptio? Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: Réddite ergo quæ sunt Caesæ, Cæsari; et, quæ sunt Dei, Deo.

think this for you all, for that I have you in my heart, and tha,t in my bands, and in the defense and confirmation of the Gospel, you are all partakers of my joy. For God is my witness, how I long after you all in the bowels of Jesus Christ. And this I pray, that your charity may more and more abound in knowledge and in all understanding; that you may approve the better things; that you may be sincere and without offense unto the day of Christ: filled with the fruit of justice, through Jesus Christ unto the glory and praise of God.

Behold how good and how pleasant it is for brethren to dwell together in unity. It is like the precious ointment on the head, that ran down upon the beard, the beard of Aaron.

Alleluia, alleluia. They that fear the Lord, let them hope in Him; He is their helper and protector. Alleluia.

At that time, the Pharisees went and consulted among themselves, how to ensnare Jesus in His speech. And they sent to Him their disciples, with the Herodians, saying: Master, we know that Thou art a true speaker, and teach the way of God in truth, neither care Thou for any man, for Thou dost not regard the person of men. Tell us therefore, what dost Thou think? Is it lawful to give tribute to Caesar, or not? But Jesus knowing their wickedness, said: Why do you tempt Me, ye hypocrites? Show me the coin of the tribute. And they offered Him a penny. And Jesus saith to them: Whose image and superscription is this? They say to Him: Caesar's. The He saith to them: Render therefore to Caesar the things that are Caesar's, and to God

OFFERTORY Esther 14: 12, 13

Recordáre mei, Dómine, omni potentátui dóminans: et da sermónem rectum in os meum, ut pláceant verba mea in conspéctu princípis.

SECRET

Da, miséricors Deus: ut hæc salutáris oblátio et a própriis nos reátibus indesinéter expédiat, et ab ómnibus tueátur advérsis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(For the Propagation of the Faith.)

Protéctor noster, áspice, Deus, et réspice in fáciem Christi tui, qui dedit redemptiõnem semetípsum pro ómnibus: et fac; ut ab ortu solis usque ad occásum magnificétur nomen tuum in géntibus, ac in omni loco sacrificétur et offerátur nómini tuo oblátio munda. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Psalms 16: 6

Ego clamávi, quóniam exaudísti me, Deus: inclína aurem tuam, et exáudi verba mea.

POSTCOMMUNION

Súmpsimus, Dómine, sacri dona mystérii, humíliter deprecátes: ut quæ in tui commemoratiõnem nos fácere præcepísti, in nostræ proficiant infirmitátis auxiliúm: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(For the Propagation of the Faith.)

Redemptiõnis nostræ múnere

the things that are God's.

Remember me, O Lord, Thou who rules above all power; and give a well-ordered speech in my mouth, that my words may be pleasing in the sight of the prince.

Grant unto us, O merciful God, that this saving oblation may unceasingly free us from our own guilty deeds, and keep us from all things that may hurt us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with You in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Behold, O God, our Protector, and look upon the Face of Thine Anointed, who gave Himself a redemption for us all, and grant that from the rising of the sun even to its going down, Thy Name may be great among the Gentiles, and that in every place there may be sacrifice and a pure oblation offered to Thy Name. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

I have cried, for Thou, O God, hast heard me: O incline Thine ear unto me, and hear my words.

We have received, O Lord, the gifts of this sacred mystery, and humbly beseech Thee: that what Thou hast bidden us to do in memory of Thee, may avail us as a help in our weakness. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

We who are quickened by this gift of